

1888

CAP. I. DE PERSONIS CUM CAPIENTIBUS,

L. i. pr. ff. de postul. nam palam fieri vocamus, quicquid coram
seu cum pluribus sit l. 33. ff. de V. S. hinc etiam palam quæstum
facere significat. *Cto Marcello* vulgo quæstum facere l. probrum
41. pr. ff. derit. nupt. & meretrix *Ulpiano* dicitur vulgaris mulier
L. si uxor. 13. §. 2. ff. ad L. Jul. de adult. Quibuscum etiam
Augustinus facit, qui meretricem describit eam, cuius publicè ve-
nalis turpitudo est, c. meretrices. 11. cap. 32. quæst. 4. sive ut Hiero-
nymus, quæ multorum libidini patet c. vidua 16. distinct. 34. Ex
8 quibus concludimus primo, quod meretricem non locus consti-
tuat, sed vitæ genus, & vitorum multitudo, quibus corpus suum
abutendum exponit, *Alciat.* ad L. 144. ff. de V. S. n. 8. *Bald.* ad L.
43. ff. de R. N. Fr. *Bursat.* libr. 1. conf. 18. num. 18. *Jac. Menoch.* de
arbitr. judic. quæst. cent. 6. cas. 535. num. 2. *Job.* *Cephal.* lib. 1. conf.
140. n. 6. Meretricum cum non est, uni servire amanti, sed fo-
vere complures; & ex multiplicibus racemis sibi facere vinde-
miam, *Philipp.* *Beroald.* in declamat. *Ebrios.* Regulariter eam
meretrix (ut illud *Seneca* meum faciam libr. 1. de benefic. cap. 14.)
inter multos se dividit, ut nemo non aliquod signum familiaris
9 animiferat. Et in eo differentiam inter Matronam & meretri-
cem spurcissimum illud postibulum apud *Plaut.* in *Castellar.* act. I.
sc. 1 v. 80. cum seqq. constituit.

Matronæ magis conducibile est istuc, mea Sile-
nium,

Unum amare, & cum eo ætatem exigere, cui
nupta est semel.

Verum enim meretrix fortunati est oppidi si-
millima,

Non potest suam rem obtinere sola sine multis
Viris.

Propterea enim unius effugiant thorum, ut omnium fiant thoros,
ut eleganter ludit *Angel.* *Politian.* in *Epigram.* pag. 331. Hinc
lupanaria *Ambros.* lib. 2. de *Virgin.* *Diversoria libidinis* vocan-
tur,